



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Francisci Svarez Granatensis E Societate Iesv  
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Primarij  
at[que] Emeriti olim Professoris Tractatvs Qvinque, Ad  
Primam Secvndae D. Thomae**

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiae, 1629**

6. Quæ pœna respondeat originali peccato in vita futura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94065)

Respondeo has potentias ex natura sua esse procliuiores in obiecta sua, vel certe magis excitare, & commouere hominem, & ideo dici magis lascias, quia iustitia originalis in his potentis maiores impetus reprimebat. Vide Augustinum 74. de Ciuitate. Colligitur tertio & ultimo, quare dixerit Diuus Thomas concupiscentiam esse veluti materiale peccati originalis: sic enim loquitur, vt explicet Augustin. qui interdum vocat concupiscentiam originale peccatum, vel certe reatum originale peccati, 1. de nuptiis capite 23. & 26. Augustinus tamen solum vult hunc reatum, vel debitum contrahendi inordinatam concupiscentiam esse ex originali peccato, ideoque per hunc tanquam per effectum explicat peccatum illud, vt colligitur ex eodem 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 13. & lib. 5. contra Iulianum cap. 12. & 13. & libro 6. capite 8. Vbi concupiscentiam vocat filiam originalis peccati. Idem, 1. de nuptiis capite 24. & 1. retractationum capite 15. Diuus autem Thomas vocauit materiale, quia in iustitia originali præcipuum, & quasi formale, erat subiectio ad Deum: rectitudo vero potentiarum inferiorum, quasi materiale, vnde contrarias eis priuationes vocat D. Thomas formale, & materiale in hoc peccato, & præcipue, quando sunt coniunctæ ante Baptismum. Et præterea ratio esse potest, quia concupiscentia est veluti materia præcipua, in qua versatur voluntas auerfa à Deo per originale peccatum: proprie tamen loquendo concupiscentia hæc nullo modo constituit peccatum originale, neque est pars eius, sed effectus, vt ex dictis patet. Vide Sotum 1. de natura, & gratia cap. 8. & 9.

Tertium conclusum.

VII. Tertia propositio.

IX. Error contra præcedentem propositum.

Eius fundamentum dissoluitur.

Tertia propositio. Alia etiam poena originalis peccati in hac vita est mors, atque adeo cæteræ infirmitates, que consequuntur corpus corruptibile. Est certa ex illo Genesios 2. morte morieris. q. intelligitur de morte corporis: patet etiã ex capite 3. Puluis es & in puluerem reuertieris. Ita Hieronymus in questionibus Hebræicis, & Augustinus 13 de Ciuitate à capite 12. & 1. de peccatorum meritis capite 1. Cyrillus 1. in Ioan. capite 15. ad Romanos 6. Stipendium peccati mors: idem capite 8. versu 10. & 1. ad Corinthios 5. Versu 5. & videtur res definita in Concilio Mileuitano, & Tridético. Plura pro hac assertionone & contrarii erroris sequentes confutatione vide lib. de opere sex dierum cap. 14.

In hac autem veritate errauit Pelagius, vt patet ex Augustino lib. 1. de Baptismo paruariorum, capite 2. licet libro 4. contra duas epistolas Pelagianorum capite 4. dicat aliquos tandem Pelagianos confessos fuisse veritatem hanc. In eodem errore fuisse Hebræos, ait Eugubinus in Genesim: vbi refert Iosephum in antiquitatibus, & Philonem: ipseque ferè consentit, & Iacobus Faber ad Romanos 5. Scorus etiam in 2. distinctione 19. non rectè loquitur, non tam quod dixit hominem ante peccatum fuisse mortalem, licet non moriturum [hoc enim ad modum loquendi spectat, quo interdum vitur Augustinus, vt 1. de peccatorum meritis capite 3.] quam quia asserit potuisse contingere in illo statu hominem innocentem mori: vt si parentes destituerunt filium cibo, & potu. Fundamentum huius erroris fuit, quia mors est naturalis, & quia homo erat liber, & potuisset se occidere, & non comedere, si vellet, sed hoc solum est: nam licet effectus ille esset naturalis, sublatus tamen erat, & impeditus diuino beneficio, atque adeo quod redeat, poena est: & hoc modo, vt notauit Augustinus 1. retractationum cap. 26. dicitur in Scriptura, Deum non fecisse mortem, Sapient. 1. quia

scilicet non est ex parte Dei instituta: & quia quod in se erat, illam abstulerat. Attamen Ecclesiasticus 11. dicitur mortem esse à Deo, quia quatenus poena est, vult illa punire homines. Neque obstat libertas hominum, quia illa fieri potest, vt peccaret ipse, necessarioque prius peccaret, quam villo modo occideret. In illo casu vero paruuli destituti pertinuerunt ad prouidentiam Dei in eo statu subuenire in omnibus huiusmodi defectibus, quia tota illa immortalitas potissimum prouidentia Dei nitebatur.

SECTIO VI.

Quæ poena respondeat originali peccato in vita futura.

Suppono eos, qui in originali peccato tantum moriuntur, post diem iudicii resurrecturos, nam articulus resurrectionis generalis est, & illos etiam includit. De poena ergo animæ, & corporis breuiter dicendum est.

Prima propositio. Anima decedentis cum originali, præcipue punitur poena damni æternæ: est postea de deo: nam ille qui caret gratia, non habet ius ad gloriam, & qui decedit sine gratia ex hac vita, peccati, in futura nunquam illam obtinet, nec remissionem lethalis peccati.

Quod tamen habet dubium in hac poena est, an asserat paruulis tristitia: ita enim apparet ex Gregorio libro 9. moralium capite 16. vbi habet eos paruulos ad tormenta peruenire, & Augustino 1. de peccatum meritis capite 16. & 1. de natura & gratia cap. 8. & 5. libro contra Iulianum capite 8. dicit hos paruulos excludi à regno, & leuissima poena puniri: idem in Enchiridio. capite 93. & 3. de libero arbitrio capite 23. Confirmatur. Nam cognitio boni amissi caulat tristitia: at paruuli cognoscunt se amisse illud regnum vel cognitione naturali, quia comprehendunt etiam naturam suam, cognoscuntque aptam ad illam felicitatem, vel certe cognoscunt in die iudicii: & ita sentit Abulen. questione 662. in capite 25. Matth. & Soto 1. de natura, & gratia cap. 14. in hoc inclinât.

Contraria tamen sententia est probabilior, quam D. Thomas 2. distinctione 33. questione 12. articulo 2. tenet; Bonauentura in secunda parte distinctionis questione 2. Richardus 4. distinctione 50. questione vltima, & Catherinus opusculo de hac re. Et patet prior, quia tristitia de illa carentia est maxima omnium poenarum, quas sentiunt damnati in inferno, ex Chrylost. homilia 24. in Matth. Non est autem verisimile paruulos affici summa poena non propria voluntate commissa culpa, cum præsertim hæc poena, quæ sentitur, inordinata: delectationi voluntatis respondeat, ex Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum dato illi tormentum, & luctum. Item, quia cum hæc tristitia magna sit, & æterna, & paruuli illi destituti sint gratia Dei, non possent non generare aliquem modum odii, & impatientiæ. Confirmatur. Nam ideo in hac vita ad remissionem originale peccati per se necessarius non est vllus dolor quare, &c.

Ad argumentum ex Patribus respondendum, ipsos vocare poenam, & tormentum ipsam priuationem gloria, quamuis non sentitur. Ad confirm. D. Thomas responder, paruulos habere quidem cognitionem illam, sed non contristare eos, quia simul cognoscunt non habuisse modum, neque viam euadendi illud damnum, quia non proximè fuerunt dispositi ad obtinendum illud bonum: sed hoc difficile creditur est:

I.

Prima propositio. Anima decedentis cum originali, præcipue punitur poena damni æternæ: est postea de deo: nam ille qui caret gratia, non habet ius ad gloriam, & qui decedit sine gratia ex hac vita, peccati, in futura nunquam illam obtinet, nec remissionem lethalis peccati.

II. Quod tamen habet dubium in hac poena est, an asserat paruulis tristitia: ita enim apparet ex Gregorio libro 9. moralium capite 16. vbi habet eos paruulos ad tormenta peruenire, & Augustino 1. de peccatum meritis capite 16. & 1. de natura & gratia cap. 8. & 5. libro contra Iulianum capite 8. dicit hos paruulos excludi à regno, & leuissima poena puniri: idem in Enchiridio. capite 93. & 3. de libero arbitrio capite 23. Confirmatur. Nam cognitio boni amissi caulat tristitia: at paruuli cognoscunt se amisse illud regnum vel cognitione naturali, quia comprehendunt etiam naturam suam, cognoscuntque aptam ad illam felicitatem, vel certe cognoscunt in die iudicii: & ita sentit Abulen. questione 662. in capite 25. Matth. & Soto 1. de natura, & gratia cap. 14. in hoc inclinât.

III. Contraria tamen sententia est probabilior, quam D. Thomas 2. distinctione 33. questione 12. articulo 2. tenet; Bonauentura in secunda parte distinctionis questione 2. Richardus 4. distinctione 50. questione vltima, & Catherinus opusculo de hac re. Et patet prior, quia tristitia de illa carentia est maxima omnium poenarum, quas sentiunt damnati in inferno, ex Chrylost. homilia 24. in Matth. Non est autem verisimile paruulos affici summa poena non propria voluntate commissa culpa, cum præsertim hæc poena, quæ sentitur, inordinata: delectationi voluntatis respondeat, ex Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum dato illi tormentum, & luctum. Item, quia cum hæc tristitia magna sit, & æterna, & paruuli illi destituti sint gratia Dei, non possent non generare aliquem modum odii, & impatientiæ. Confirmatur. Nam ideo in hac vita ad remissionem originale peccati per se necessarius non est vllus dolor quare, &c.

IV. Ad argumentum ex Patribus respondendum, ipsos vocare poenam, & tormentum ipsam priuationem gloria, quamuis non sentitur. Ad confirm. D. Thomas responder, paruulos habere quidem cognitionem illam, sed non contristare eos, quia simul cognoscunt non habuisse modum, neque viam euadendi illud damnum, quia non proximè fuerunt dispositi ad obtinendum illud bonum: sed hoc difficile creditur est:

est: unde probabilius videtur, quod *ibidem* D. Thomas ait nihil cognoscere paruulos illos de beatitudine supernaturali: nam quod Soto ait naturali cognitione posse animam cognoscere prædictam priuationem, & aptitudinem ad felicitatem æternam, falsum est, vt alibi demonstratur, de quo vide etiam supra in tract. 1. ad finem. quia illa felicitas est omnino supernaturalis: quod si naturalis cognitio non sufficit, non est necessarium eos id cognoscere diuina reuelatione iã ad illad de die iudicii, probabile est ibi paruulos non adfuturos, vt diximus *rom. 2. in 3. p. disput. 57. sect. 7.* & licet adsint, non esse necesse omnia comprehendant, quæ ibi geruntur: vel ad summũ in genere intelligent Deum reddere bonis præmia, & supplicia impiis, quæ, & qualia sint, non necessariò assequuntur: quia verò ipsi tempus non habuerunt bene, vel male operandi, nihil de suo præmio, vel pœna intelligent, sed tantum manere se in bonis naturalibus: suaque proinde sorte erunt contenti, licet videant alios maius bonum recipere.

V.  
2. Propositio. Secunda propositio. Paruuli post hanc vitam non patientur pœnam sensus. Est omnium Theologorum supra citatorum, & D. Thomæ *quest. 5. de malo, artic. 2.* vbi eam probat. Quia hæc pœna respondet prauæ conuersioni, quam paruuli non habent. Confirmatur, nam ex sententia communi paruuli sunt in limbo, & non in inferno: si verò puniendi essent pœna ignis, in communi loco eã subirent. Colligitur etiam ex *cap. maiores, de Baptismo.* vbi dicitur carentiam visionis diuinæ esse pœnam originalis peccatige: hennam verò actualis: gehenna autem ex communi vsu Sanctorum significat pœnam ignis: patet denique rationibus factis. Contrarium verò tenet Gregorius. 2. *distinct. 31. quest. 3.* propter quædam loca Augustini, sed in his, quæ adduximus, potius nostræ fauet sententiæ. Alia verò loca ex libro *de fide ad Petrum*

*cap. 3. & 26. & 57. Hypognoſicon,* non habent tantam auctoritatem, quia non censentur Augustini. Gregorii rationes omitto, quia vim non habent.

VI.  
3. Propositio. Tertia propositio. Post resurrectionem patientur paruuli in anima eandem pœnam quam antè: in corpore verò solam priuationem illius gloriæ, quæ ad corpus pertinet. Ita D. Thomas *suprà* & omnes, ex quo infero fore, vt illi paruuli habeant tunc veram Dei cognitionem naturalem, & amorem eius super omnia, atque ad deũ reliquas naturales virtutes, & corpora impassibilla, nõ per intrinsecam dispositionẽ, sed ex prouidentia Dei, & ipsorum, quia debent esse æterna. Vnde non indigebunt cibo, neque potu, quia omnis alteratio tunc cessabit, Deo ita prouidente: itaque neque patientur rebellionem carnis, neque interiorem, neque exteriorẽ pugnam: quia etiam hæc esset pœna sensibilis, & omnia hæc pettinent ad viam, illi verò sunt suo modo in termino: atque in his ferè conueniunt Theologi, solum de loco in quo erunt, dubitant aliqui: Soto vult futuros in loco inferni prorsus tenebroso, quia Augustinus 1. *de peccatorum meritis cap. 23.* id indicat, sed vere non affirmat, vt patet ex *Cap. 24. & 25.* idem tamen tenet Bonauent. Ceteri verò piè, & probabiliter censent habitationem illorum futuram in hoc mundo, quare vera magna pœna sensibilis esset detineri in illo loco, vnde quidam censent, licet non rectè, non esse aliam pœnam ignis in inferno. Est etiam alia ratio, quia tota pœna paruulorum debet esse priuatiua sicut culpa, detineri verò in illo loco positiua pœna est. Tandem, quia naturalia non fuerunt hoc peccato diminuta, habebunt ergo illud locum, qui ipsis consentaneus est ex sua natura: atque hæc satis sunt de peccatis.

Laus Deo, Virginique Matrì.



SV  
10  
12

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.